

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0192

0190

0196

0186

181

transivimus gyrantes usque ad locum nostrum. Post Salve
ad vigilandum per noctem ad sepulchrum Virginis gloriosae
nos disposuimus, et qui vigilare non poterant, capita sua ad
parietem reclinabant sedentes. Parvam tamen quietem habui-
mus, quia alii Christiani in suis locis per noctem ululabant
in suis Officiis. Porro nullus locus fuit nostro ornatior, nec
aliquis cantus solemnior, parva enim festa faciunt orientales
in suis Officiis, nec cantum videntur facere sed planctum.
De hac ecclesia et ejus dispositione et locorum distinctione
vide supra fol. 143 B. Sic ergo nox illa transivit.

0201

0181

0241

0141

0291

0091

0691

De festo assumptionis gloriosae beatae Mariae Virginis.

Quinta decima die in noctis medio incepimus Officium
matutinale, quo solemniter cantato Missas privatas celebravi-
mus in sepulchro beatae Virginis, qui locum poterant habere,
qui vero non poterant in eo locum habere, in altari Latinorum
celebrabant. Ut autem factus est dies, cantavimus (**B**) Offi-
cium Missae in nostro loco altis vocibus, nec audiebantur
voces et ululatus aliorum Christianorum inter clamores nostros.
Officio autem terminato paramenta deposuimus et ad montem
Syon praemisimus, nos vero loca sancta montis Oliveti visi-
tavimus et indulgentiis receptis in montem Syon ad prandium
sumendum ascendimus et post prandium ad quiescendum nos
locavimus propter vigilias praecedentes.

Ende

Anfang

De singulari peregrinatione F. F. F. in Bethlehem
et ad alia quaedam loca.

In die assumptionis post meridiem rogavi patrem Gardia-
num pro licentia ad Bethlehem et pro societate itineris
Desiderium enim habui solus esse in Bethlehem sine tumultu
peregrinorum. Adjunxit autem pater Gardianus mihi duos
bonos fratres et abire permisit. Exivimus ergo nos tres
simul clam de Jerusalem omnibus nescientibus, ne plures
comites haberemus, et jucunde ambulavimus per viam illam
sanctam, de qua supra dictum est fol. 164. B., et usque in
Chabrata, ubi est sepulchrum Rachelis, venimus, ad latus

